

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

ingeniam vobis: et ego inueniar a vobis qualem non vultis: ne forte contumelias emulaciones ammofitates dissensiones detractiones susurraciones inflationes seditiones sint inter vos. Ne iterum cum venero humiliet me deus apud vos: et luceat multos ex hijs qui ante peccauerunt et non egerunt penitentiam super immundicia et fornicatione et impudicia quam gesserunt.

Capitulum .xiiij.

Cum tunc hoc venio ad vos. In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Predixi enim et predico ut presens vobis et nunc absens hijs qui ante peccauerunt et ceteris omnibus: quoniam si venero iterum non parca An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus? Qui in vobis non infirmatur sed potens est in vobis. Nam et si crucifixus est ex infirmitate: sed vivit ex virtute dei. Nam et nos infirmum sumus in illo: sed vivimus cum eo ex virtute dei in vobis. Vosmetipsos temptate: si estis in fide ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmetipsos: quia Christus Iesus in vobis est? Nisi forte reprobi estis. Spero autem quod agnosceatis: quia nos non sumus reprobi. Dramus autem deum ut nichil mala faciat is non ut nos probati appareamus sed ut vos quod bonum est faciat. Nos autem ut reprobi simus. Non enim possumus aliquid aduersus veritatem: sed pro veritate Gaudemus enim quoniam nos infirmum sumus: vos autem potentes estis. Hoc et dramus: vestras summationes Ideo hoc absens scribo: ut non prius dum agam secundum potestatem quam dominus dedit michi in edificationem et non in destructionem. De cetero fratres gaudete: perfecti estote: exhortamini: idipsum sapite. Pacem habete: et deus pacis et dilectionis erit vobiscum. Salutate invicem in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti. Gratia domini nostri Iesu Christi. et caritas dei. et communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis amen.

Explicit epistola secunda ad corinthios.
Incipit prologus in epistolarum ad galathas.

Cum tunc hoc venio ad vos. In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Predixi enim et predico ut presens vobis et nunc absens hijs qui ante peccauerunt et ceteris omnibus: quoniam si venero iterum non parca An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus? Qui in vobis non infirmatur sed potens est in vobis. Nam et si crucifixus est ex infirmitate: sed vivit ex virtute dei. Nam et nos infirmum sumus in illo: sed vivimus cum eo ex virtute dei in vobis. Vosmetipsos temptate: si estis in fide ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmetipsos: quia Christus Iesus in vobis est? Nisi forte reprobi estis. Spero autem quod agnosceatis: quia nos non sumus reprobi. Dramus autem deum ut nichil mala faciat is non ut nos probati appareamus sed ut vos quod bonum est faciat. Nos autem ut reprobi simus. Non enim possumus aliquid aduersus veritatem: sed pro veritate Gaudemus enim quoniam nos infirmum sumus: vos autem potentes estis. Hoc et dramus: vestras summationes Ideo hoc absens scribo: ut non prius dum agam secundum potestatem quam dominus dedit michi in edificationem et non in destructionem. De cetero fratres gaudete: perfecti estote: exhortamini: idipsum sapite. Pacem habete: et deus pacis et dilectionis erit vobiscum. Salutate invicem in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti. Gratia domini nostri Iesu Christi. et caritas dei. et communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis amen.

Explicit prologus. Incipit epistola ad galathas.



Aulus apostolus non ab hominibus neque per hominem sed per Iesum Christum et deum patrem qui suscitavit eum a mortuis: et qui mecum sunt omnes fratres ecclesiarum galathie. Gratia vobis et pax a deo

patre nostro et domino Iesu Christo: qui dedit semetipsum pro peccatis nostris ut eriperet nos de potestate seculi nequam secundum voluntatem dei et patris nostri: cui est gloria in secula seculorum amen. Miror quod sic tam cito fuisse reminisci ab eo qui vos vocavit in gratiam Christi in aliud evangelium quod non est aliud: nisi sine aliquo qui vos turbant: et volunt ducere evangelium Christi. Sed licet nos aut angelus de celo euangelizet vobis preter quod euangelizavimus vobis: anathema sit. Sicut prediximus et nunc iterum dico: si quis vobis euangelizaverit preter id quod accepistis: anathema sit. Modo enim hominibus suadeo: an deo? An quod homo hominibus placere? Si adhuc hominibus placere: Christi servus non essem. Notum enim vobis facio fratres evangelium quod euangelizatum est a me: quia non est secundum hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud neque didici: sed per revelationem Iesu Christi. Audistis enim conversationem meam aliquando in iudaismo: quod quam super modum persequeremur ecclesiam dei. et expugnabam illam: et perhibebam in iudaismo super multos coetaneos meos in gratia mea: abundantius emulatoz existens paternarum mearum traditionum. Cum autem placuit ei qui me segregavit de utero matris mee et vocavit per gratiam suam ut revelaret filium suum in me ut euangelizarem illum in gentibus: continuo non accevi carnem et sanguinem. Neque veni iherosolimam ad antecessores meos apostolos: sed abijt in arabiam: et iterum reversus sum damascum. Deinde post annos tres veni iherosolimam videre petrum: et mansi apud eum diebus quindecim. Alius autem apostolorum vidi neminem: nisi iacobum fratrem domini. Que autem scribo vobis: ecce coram deo quia non mentior. Deinde veni in partes syrie et cilycie. Etiam autem ignotus facie ecclesie iudee: qui